



**Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo**

**Zype, Frans van den**

**Antverpiæ, M. DC. XLV.**

Resp. IX. De transitu ad aliud monasterium, seu Ordinem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73071)

1. cod. minimè alij. Trid. f. 14.c. 10.  
c. relatum. X. de cler. vel monach. c. in-  
ter. X. de rel. dom. c. que semel. 10. q.  
3. c. possessones. X. de reb. eccl. non  
alien. c. peruenit. 18. q. 2. & quamvis  
haec loca ferè dici possint agere de  
beneficijs, & dignitatibus, tamen  
antiqui etiam canones agunt de  
præfectis per modum officij. imo  
quidam antiquiores sunt, quam  
bençacia, vt ea hodie in proprie-  
tatem possidentur. & ferè eo spe-  
ctant, quod monachi eiusdem in-  
stituti magis ipsi instructi in eo  
sint, vt reælius secundum illud  
moniales dirigere possint. quod si  
ergo confessorem à monasterijs  
Ordinis S. Salvatoris amoueas;

11.  
Incommo-  
da amoti  
Confesso-  
ris, si abba-  
tis sit in-  
capax spiri-  
tualium.

Abbatissa potestatis non tantum  
clauium incapax sit, sed cuiuscum-  
que regiminis spiritualis; si cre-  
dimus Marchantio in Baculo pasto-  
ral. d. 6. quod si extra c. 26. regulæ  
Ordo exemus est, vt alibi proban-  
imus, cui bono inducitur hoc in lo-  
co anarchia, vbi illa non possit pre-  
ceptum aliquod spirituale impo-  
nere? et idem assert. q. 4. conc. 1. nihil  
præcipere per sanctam obedientiam:  
vt conc. 2. nihil sub peccato  
mortali: ut q. 5. conc. 2. quod eius  
præcepta non versentur circa vir-  
tutes & profectum spirituale, vt  
ibidem: quod ex vi officij non ha-  
beat potestatem dispensandi in regu-  
laræ præceptis, ieiunijs, legibus  
ecclesiasticis: sed tantum vt mi-  
nistra præcepti Prælati: vt quest.  
6. conc. 1. si hic tollatur qui solus  
est prælatus, cuius illa ministerium  
geret? quod si in hac domo datum  
est regimen Confessori generali  
in spiritualibus; Abbatissæ dum-  
taxat in temporalibus, illo sublatto,  
quis in loco exempto has facultates  
regendi in spiritualibus, dirigen-  
di, dispensandi, in domo religiosa  
bene constituta necessarias, iubebit?  
an non reducit illa anarchia  
ad incommoda, de quibus dicuntur,  
parvuli petierunt panem, & non erat  
qui frangeret eis? In authentica de  
sanct. Epif. coll. 9. c. 37. seu §. in omni-

## RESPONSVM IX.

*De transitu ad aliud mona-  
sterium, seu Ordinem.*

P Ridem statutum est ne trans-  
ire liceat, vel recipi sine Supe-  
rioris licentia, seu leuitatis influ-  
ctu, seu districtoris religionis ob-  
tentu. c. Statutum. 19. quest. 3. man-  
damus. ibid. c. non est de regulari, in  
eandemque sententiam data olim  
sunt diuersa priuilegia: sed tamen  
illa ita interpretatus est Innocen-  
tiu III. vt si verè zelo perficio-  
nis qui desideraret ad alium lo-  
cum tranfere, petitia, quamvis non  
obtenta, licentia Superioris id li-  
ceret. c. licet quibusdam. x. d. regulari,  
sed iterum Martinus IV. in. eam  
ambitiose. de regulari in extrang. com. in si-  
mum. generatim vetus, ne quis  
quocumque prætextu, aut licen-  
tia de Ordine Mendicantū trans-  
ferret ad non Mendicantem, solo  
Carthusiensi Ordine excepto.  
Clem. ne professores. deregul.

Rufus superuerit Concilium  
Trid. translationes & licentias te-  
rum restrigens. f. 14.c. 11. f. 25 de  
regulari. c. 19. & c. 4. Constitutiones  
Pij IV. & Pij V. de quibus a. s. i. i. f. 11.  
mor. p. 1. lib. 12. c. 14. & multis Or-  
dinibus concessa sunt priuilegia  
translationum prohibita: quam-  
vis ad perfectiorem Ordinem. de  
quibus recte dicit L. Miranda in  
Man. pralat. q. 31. ar. 6. conc. 3. in  
fin. quod oporteat inspicere ipsa  
priuilegia; & mature desuper de-  
liberare. quod generatim decem-  
tur

tur in c. porro. X. de priuileg. c. recepi-  
mus. cod.

In dubio  
Superioris  
iudicium  
expectan-  
dum est.  
3.  
Caterum Innocentius in d. c. li-  
cet. si probabilitet, inquit, dubitetur.  
vtrum quis velit ad Ordinem arctio-  
rem, aut laxiorem ex charitate, an ex  
temeritate transire; superioris est iudi-  
cium requirendum: ne forte angelus sa-  
tanain lucis angelum se transforme-  
re. vt recte examinat Haftenus num  
commendandus sit de vna religio-  
ne ad aliam transitus. d. quis. l. 4. t.  
2. d. 6. Peccatum ergo est aduer-  
sus hanc constitutionem. quippe  
merito tam Superior regularis,  
quam loci Ordinarius dubitare  
potuit de spiritu, quo isti religio-  
ni, Ordinario etiam plenè subie-  
cti, ducerentur: inspicere etiam  
priuilegia, an capiant interpretationem d. c. licet, an illi derogent:  
quin & examinare an arctior an  
laxior sit Ordo, ad quem transire-  
tur (nam quæ quibusque ex causis  
arctior, altior, perfectiorne dici  
debeat, magna est vbiique contro-  
uersia, tum inter Theologos, tum  
Canonistas. vt recte idem Miranda  
vbi sap. ar. 3.) denique an sine iniuria  
prioris monasterij seu Ordinis  
transitus fieret. d. c. licet.

Cum ergo horum omnium ex-  
amen Janocentius remittat ad iu-  
dicium Superioris: quem siue re-  
gularem hic dicamus, siue Ordinari-  
um loci, cum hic rogatus su-  
per licentia transiendi religiosus  
præseriperit locum & diem, quo  
illorum causas, & Prioris contra-  
rias audiret; & quod dictaret ra-  
tio, statueret, id d. religiosos con-  
temnere, & se præscripto loco &  
tempore non siftere, sed de facto  
transire, non licuit. nec magis ip-  
sis fratribus R. licuit sic transfe-  
entes recipere: d. c. statuimus. fine pe-  
riculo censurarum, per priuile-  
gia illis denuntiata comminata-  
rum.

Perperam ergo translatos viâ  
male cepta pergere non oportet;  
sed reuerti ad subeundum examen  
sui Superioris. d. c. mandamus in

verb. præcipimus ut redeat. c. non est. cognoscatur.  
c. Ioannes. X. de regul. Azor. d. c. 14.  
q. 5. & 6. vbi plures citat. quamuis in  
c. sanè. x. de regul. fugiens seu tran-  
siens relinquitur vbi religio maior  
est. sed agit de canonico iam ab  
Abbate recepto; neque mentionem  
nem facit priuilegiorum. & de ca-  
nonico quidem: cum antè ca-  
nonico non liceret transire ad mona-  
chos. c. nullus. cū seqq. 19. q. 3. cum hi  
tantum essent laici. sed cum & Ab-  
bates esse presbyteri. c. 1. X. de etat.  
pref. & monachi munieribus ec-  
clesiasticis applicati cuperunt, per-  
mitti transitus cepit; si major apud  
monachos, quam canonicos esset  
religio. denique ad causæ decisio-  
nem, non ordinationem litis pen-  
tinet d. c. sanè. Alioquin Miranda  
d. conc.; refert receptiones & pro-  
fessiones aduerlus priuilegia fa-  
ctas, declaratas fuisse irritas, in  
aliis Ordinibus, quorum communi-  
cationem hic etiam Ordo habe-  
re dicitur.

Quinimò habet hic Ordo sin-  
gulare priuilegium à Martino V.  
vt illum professi ad nullum alium  
Ordinem, ne quidem Carthusianum,  
transire possint, quasi & hunc  
pro laxiori habuerit. & cum hodie  
Concilium Trid. s. 25. de regular. c.  
19. decreuerit, vt nemo regularis  
cuiuscumque facultatis vigore  
transferatur ad laxiorem religio-  
nem; dicendum est ex d. c. non li-  
cet. nullatenus d. religiosos transi-  
re potuisse, ad Ordinem R. Men-  
dicantem, cum ad. extrauagante  
viam ambitiōse Mendicantibus per-  
mittatur transire ad d. Ordinem  
Carthusianum. vt adeoque con-  
fet d. Ordinem R. habendum esse  
pro laxiori, ad illumq; ex hoc  
transitum à Concilio Trid. esse  
prohibitum.

Sed quomodocumque nego-  
tium principale dirimentum sit:  
id tamen admitti non potest, vt  
quis ex priuato seusu, neglecto iu-  
dicio Superioris causam examina-  
re volentis, transire possit. ita  
enim

enim statuit Innocentius in d. c. li-  
cet. s. si vero probabilit. cuius verba  
mox retulimus. qui nec alijs eā con-  
cedit, quām qui cum humilitate il-  
lam, & puritate postulant. subditus  
inquit, à Prälato cum humilitate &  
puritate debet transfundit licentiam po-  
stulare, neque aliter supplet licen-  
tiam Prälati, quām his verbis, non  
obstante proterua indiscreti contra di-  
ctiones Prälati. atqui credi non po-  
test ausuros dicere illos religiosos,  
sui Superioris regularis, & Episco-  
pi loci Ordinarij fuisse indiscreti  
Prälati proteruam contradic-  
tionem. transuerunt ergo sine vlla, à  
iure concessa, licentia.

Igitur restituendi sunt, & re-  
mittendi ad iudicium sui Supe-  
rioris: vt ille omnia examinet. vt  
supra diximus. & quemadmodum  
pater naturalis, ratione patriæ po-  
testatis, petere potest filios sibi ex-  
hiberi, & potestatem fieri domum  
ducendi: l. 1. in princ. l. 3. D. de li-  
beris exhibendis, item ducentis, ita di-  
cendum est de religiosis respectu  
patris spiritualis, quem Dei vice  
supra caput sibi imposuerunt.  
loquitur & considerat d. c. statui-  
mus. & sanè huiusmodi spolium  
est ante omnia redintegrandum. c.  
1. & tot. tit. X. de restitut. spol. neque  
illi praestat impedimentum, quod  
de iure nō fortitudi effectum. vt  
est transitus sine forma d.c. licet at-  
tentatus.

## RESPONSVM IX.

## Defratribus Cellitis.

<sup>1.</sup>  
In Belgio  
multi sunt.

F Ratres Cellitæ, qui in Belgio  
multi sunt, ab aliquibus cre-  
duntur designari in c. sancta de reli-  
gioſ. dom. in extrauag. Ioan. XXII. sub  
nomine fratricellorum: & alij cre-  
dunt fuisse tertij Ordinis S. Fran-  
cisci, aut illum nominis prætex-  
tum afflūpſisse. & de talibus quæ-  
rit Tuscus, & citati ab eo V. frares  
tertij Ordinis, an ſint ecclesiastici, &

ſubſint Epifcopo? conc. 470. & V. Regi-  
ne. conc. 32. ſed vt in Beginis acci-  
dit per c. ratio. cod. in extrauag. com-  
vt culpabilium dannatio non tra-  
heret fecunſ inſontes: ita & hic in  
fratribus cellitis, vt eadem fratri-  
cellorum damnatione declarati  
ſint non comprehendendi recte &  
ne errore viuentes, imo a Julio II.  
alijsque antè Pontificibus Roma-  
nis permifſi ſint acceptare regu-  
lam S. Augustini (cum in. vñ. f. 1.  
ad hec. cod. in 6. prohibuit eſſet,  
ne qui de Ordinibus non approba-  
tis collegialiter tranſirent ad ap-  
probatos; ſed dumtaxat singulari-  
ter, ſine dominibꝫ ſuis, aur bonis  
conceſſis eis diuerſis priuilegijs  
immunitatibus, & exemptioni-  
bus; & nominatim facultate eli-  
gendi aliquem confeffariorum, fa-  
cerdotem regularem, ſeu facula-  
rem, qui facultatem habeat etiam  
a referratis per bullam cona, certis  
exceptis caſibus, abſoluendi  
data superiori illorum poſteſtate  
regendi, corrigendi, incarceratedi.  
&c. eodem modo haec tenus in  
ſimplicitate ſubdiſ ſuis superiori  
bus obediuerunt, nunc ora qua-  
dam diſſicultate, quidaſ ab ali-  
quibus ſubditorum conſulti ne-  
gant ſuperiores huiusmodi, vi-  
po te laicos, ſpiritualē regimēn ali-  
quod, aut iurisdiſionem habere;  
in virtute S. obediencię prieſte  
re poſſe.

Sed ſatiſ indocti iſti homines  
ſubtilitatum huiusmodi, quæ nec  
vernaculè quidem recte poſſunt  
effere; non capaces, inſtruēn-  
tur in ſimplicitate obediere pre-  
poſiti ſuis, vt regulæ etiam D. Bene-  
dicti & Antonij, qui laici fue-  
runt, aliaeque communiter lo-  
quuntur, & in iure ordinariē ac-  
cipitur, cùm Abbat, qui etiam  
Abbatissæ, ſubdiſ iubeart obe-  
dire. ex Regula Bened. docet Haf-  
tenus quid religiosus ſuo debet  
superiori, diſquis. monach. p. 1. dīg. 2.  
quæ & erga ſuperiores laicos olim  
obtinuit.

Spiri-